uenire. nihil apud se remissum neque apud illos tutum pati. Itaque Getulos
Iugurtham ex sociis nostris predam agentes sepe aggressus itinere fugaverat.
Ipsumque regem haud procul ab oppido Cirta armis exuerat. Que postquam glo-
riosa facta sine neque belli patrandi cognovit copia. Statuit urbes que viris aut
loco pro hostibus et aduersum se oportunissime erant. singulas circumuenire;
ita Iugurtham aut presidiis nudatum si ea pateretur aut prelio certaturum.
Nam Bocchus nuncios ad eum sepe miserat. uelle populi romani amiciciam
ne quid ab se hostile timeret. Id simulauerit ne. quo inprouisus grauior acce-
deret. an mobilitate ingenii pacem atque bellum mutare solitus. parum ex-
ploratum est; Sed consul uti statuerat. oppida castellaque munita adire. parti-
m ui. alia metu. aut premia ostentando. auertere ab hostibus. ac primo
mediocria gerebat. existimans Iugurtham ob suos tutandos in manus
uenturum. Sed ubi illum procul abesse et aliis negociis intentum accepit maio-
ra et magis aspera aggredi tempus uisum est. Erat inter ingentes solitudines op-
pidum magnum atque ualens nomine Capsa. cuius conditor Hercules Libys memora-
batur. Eius cives apud Iugurtham inmunes. leui imperio et ob ea fide-
lissimi habebantur. muniti aduersum hostes non moenibus modo et armis
atque uiris. uerum etiam multo magis locorum asperitate. Nam preter oppido
propinqua alia omnia uasta. inculta. egentia aque infesta serpen-
tibus. quorum uis sicuti omnium ferarum inopia cibi acrior. Ad hoc natura
serpentium ipsa perniciosa siti magis quam alia re accenditur. Eius poti-
undi Marium maxima cupido inuaserat. cum propter usum belli. tum quia
res aspera uidebatur. et Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat.
haud dissimiliter situm munitumque. nisi quod apud Thalam non longe a moenibus
aliquot fontes erant. Capsenses una modo atque ea intra oppi-
dum iugi aqua. cetera pluuia utebantur. Id ibique et in omni Africa

Clm. 14477, fol. 52r

lat 14477
52R

Hand 17

n̄ reliquere . neq; poterant ; Ea sola neq; dat̄ dono . neq; accipi ; sordidū
me & incultis moribꝰ aiunt . q̄ parū scite . conuiuiū exorno / neq; histrionē
ullū . neq; pluris p̄cii coquū quā uilicū habeo ; Que mihi licet cfiteri qri
tes ; Nā & ex parente meo & ab aliis sanctis uiris ita accepi / mulieribꝰ mundi
cias . uiris laborē conuenire . omībꝰ q̄ bonis oportere . plus glīe quā di
uitiarū . arma n̄ supellectilē decori ēē ; [l. potius] Quin ergo q̄ iuuat . q̄ carū
estimant . id sēp faciant / ament . potent ; ubi adolescentiā habuere .
ibi senectutē agant . in conuiuiis . dediti uentri & turpissime parti cor
poris . sudorē [puluerē] & alia talia relinquant nob. / qb; illa epulis iucundio
ra st̄ ; Verū n̄ ita ē ; nā ubi flagitiis se dedecorauere t̄pissimi uiri
bonoꝝ p̄mia ereptū eunt . ita iniustissime luxuria & ignauia pes
sime artes illis qui coluere eas nih officiunt . r̄ p. innoxie cladi sunt ;
Nc qm illis quantū mei mores n̄ illoꝝ flagitia poscebant respondi
paucis [de] r̄ p. loquar / P̄mū omniū de numidia bonū habete animū qrites ;
nā q̄ ad h̄c tēpꝰ iugurtham tutata sunt . omia remouistis . auariciā [s. calp̄rni]
[s. auli] imperitiā . atq; [s. metelli] supbiā / Deinde exercitꝰ ē ibi locoꝝ sciens . s̄ me hercule
magis strenuus quā felix ; nā magna pars eius . auaricia aut teme
ritate ducū attrita [s. ē] . Quā obrē uos qb; militaris ē etas . adnitimini
mecū . & capessite rē p. / neque q͂ ex calamitate alioꝝ aut impera
toꝝ supbia metꝰ ceperit ; Egomet in agmine . in p̄lio cōsultor idē
& socius periculi uobcū adero / me uosq; in omībꝰ rebꝰ iuxta gerā /
& p̄fecto dis iuuantibꝰ omia matura sunt / uictoria . p̄da . laus ;
Que si dubia aut p̄cul eēnt / tm̄ omībꝰ bonis rei publice sub
uenire decet ; Etenī ignauia nemo īmortalis factꝰ ; neq; qsq̄ pa
rens liberis uti ęt̄ni forent . optauit / magis ut boni honestiq; ui
tā exigerent ; Plura dicerē qrites . si timidis uirtutē uerba

Clm. 14477. fol. 51r

lat 14477
51 R

Hand M

munitos et sibi utiles. simul et magnam pecuniam amiserat. ad bocchum nuncios mittit. quam pri
mum in numidiam copias adduceret. proelii faciundi tempus adesse. Quem ubi cunctari
cepit. dubium belli atque pacis rationes trahere. rursus uti antea proximos eius
donis corrupit. ipsi mauro pollicetur numidie partem tertiam. si aut romani
africa expulsi. aut integris suis finibus bellum compositum foret. Eo premio illectus bocchus
cum magna multitudine iugurtham accedit. Ita amborum exercitu iuncto. marium iam in
hiberna proficiscentem. vix decima parte diei reliqua inuadunt. rati noctem quae iam aderat
uictis sibi munimento fore. et si uicissent nullo impedimento quia locorum scientes erant
contra romanos utrumque casum in tenebris difficiliorem fore. Igitur simul consul ex multis
de hostium aduentu cognouit. et ipsi hostes aderant. et prius quam exercitus aut instrui aut
sarcinas colligere. denique antequam signum aut imperium ullum accipere quit. equites mau
ri atque getuli. non acie neque ullo more proelii. sed cateruatim uti quosque fors conglobauerat in
nostros incurrunt. qui omnes trepidi improuiso metu. ac tamen uirtutis memores. aut arma ca
piebant. aut capientes alios ab hostibus defensabant. pars equos ascendere. obuiam ire
hostibus. pugna latrocinio magis quam proelio similis fieri. sine signis. sine ordinibus. equi
tes peditesque permixti. cedere alios. alios obtruncare. multi contra hostes acerri
me pugnantes. ab tergo circumueniri. neque uirtus neque arma satis tegere. quod hostes
numero plures et undique circumfusi erant. Deinde romani ueteres nouique et ob ea scientes
si quos locus aut casus coniunxerat. orbes facere. atque ita ab omnibus partibus simul tecti et instruc
ti. hostium uim sustentabant. Neque in eo tam aspero negocio marius territus aut magis quam antea de
misso animo fuit. sed cum turma sua quam ex fortissimis magis quam ex familiarissimis paraue
rat uagari passim. ac modo laborantibus suis succurrere. modo hostes ubi confertissimi obstite
rant inuadere. manu significare militibus. quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat.
Iamque dies consumptus erat. cum tamen barbari nichil remittere atque uti reges precep
erant. noctem pro se rati acrius instare. Tum marius ex copia rerum consilium capit atque uti
suis receptui locus esset. colles duos propinquos inter se occupat. quorum in uno castris
parum amplo fons aque magnus erat. alter usui castrorum oportunus quia magna parte editus et praeceps pau
ca munimenta querebat. Ceterum apud aquam sullam cum equitibus noctem agitare iubet. ipse paulatim dispersos
neque minus hostibus conturbatis in unum contrahit. Dein cunctos pleno gradu in collem subducit. Ita
reges difficultate loci coacti proelio deterrentur. neque tamen suos longius abire

Clm. 14477, f. 55v

Bayer. Staatsbibliothek München
(Photostelle)
COD: lat. 14477
55 v

sinunt. si utroq; colle multitudine circũdato. effusi c̃sedere. Dein crebris signis
factis. pleruq; noctis barbari more suo leta ri. exultare. strepere uocib;. 7 ipsi
duces feroces. q̃ ñ fugere. aut p uictorib; agere. sed ea cuncta romanis ex tenebris
& editionib; locis. facilia uisu magnoq; hortamẽto erant. Plurimũ ũ marĩ impe
ritia hostiũ c̃firmat̃. q̃ maximũ silentiũ habi iub&. ne signa q̃de uti p uigilias solebat ca
nere. Deinde ubi lux aduentabat. defessis iã hostib; ac paulo ante somno captis.
deinpuiso uectigales. itẽ cohortiũ. turmarũ. legionũ tubicines. simul om̃s
signa canere. milites clamorẽ tollere. & portis erũpere iubet. Mauri atq;
getuli. ignoto atq; horribili sonitu exciti. neq; fugere neq; arma capere.
neq; omnino facere aut puidere q̃d quã poterant. Ita cunctos strepitu
atq; clamore. nullo subueniente nr̃i instantib; tumultu. formidine. ter
rore. quasi uecordia ceperat. Deniq; om̃s fusi fugatiq; sunt. arma & signa
militaria pleraq; capta. pluresq; eo p̃lio quã omnib; sup̃ib; interempti s̃t. Nã
somno & metu insolita ĩpedita ẽ fuga. Dein mari uti cepat in hiberna it.
q̃ ppt cõmeatũ in oppidis maritimis agere decreuerat. Neq; uictoria
tam socors aut insolens fact̃. s; pariter atq; in c̃spectu hostiũ q̃drato ag
mine incedere. Silla cũ eq̃tatu ap̃t extimos in sinistra parte. aulus
manli cũ funditorib; & sagittariis. p̃terea ligurũ cohortes curabat.
p̃mos & extremos cũ expeditis manipulis tribunos collocauerat. pfugę
minime cari. & regionũ scientissimi hostiũ iter explorabant. Simul c̃sul
q̃si nullo ĩposito om̃ia puidere. ap̃t om̃s ẽẽ. laudare. & icrepare. me
rentes. ipse armat̃. intentq; itẽ milites cogebat. neq; sec̃ atq; it facere.
castra munire. excubitũ in porta. cohortes ex legionib; p castris equites
auxiliarios mittere. P̃terea alios sup uallũ in munimentis locare. uigilias
ipse circuire. ñ tam diffidentia futuri q̃ imperauiss&. quã uti militib;
exeq̃tus cũ imperatore labor uolentib; ẽẽt. Et sane marius illo aliisq;
temporib; iugurtini belli pudore magis quã malo exercitũ coercebat.
q̃d multi per ambitionẽ fieri aiebant. q̃d a pueritia c̃suetã duritiã
& alia quę ceteri miserias uocant. uoluptati habuiss&. nisi tam̃ res p̃
pariter ac seuissimo imperio bene atq; decore gestã. Igit̃ quarto deniq;
die haut longe ab oppido cirtha. undiq; simul speculatores citi sese os
tendebant. qua re hostis adesse intellegit̃. s; quia diuersi redeuntes. ali
ab alia parte. atq; om̃s idem significabant. consul incert̃ quo nã modo
aciẽ instrueret. nullo ordine cõmutato. aduersũ om̃ia parat̃. ibidẽ
opperit̃. Ita iugurthã spes frustrata ẽ. qui copias in quattuor partes distri

Clm. 14477, f. 56r

Bayer. Staatsbibliothek München
(Photostelle)
COD: lat. 14477
fl/s: 56R